Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39939
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



CLxxxix

Omnis illa deo sacra/ et dilecta ciuitas/ plena modulis in laude/ et canore iubilo/ trinum deum vnicum que/ cum fauore prædicat: Diuisio

Hic in templo suum deus/ exoratus aduenit/ et clementi bonitate/ precum vota suscipe/ letaque benedictiones/ hic effunde iugiter:

Vt promereamur omnes petita capere/ et adepta possidere cum sanctis perhenniter paradisum introire translati in requiem

Gloria et honor deo/ usque quo altissimo/ vna patri filioque/ incluto paraclito/ cui laus est/ et potestas/ per eterna secula amen:

Sequuntur psalmi ad vesperas in solemnitatibus

Laudate pueri dnm/ laudate nomen dni Sit nomen domini benedictum/ ex hoc nunc et usque in sclm. A solis ortu usque ad occasum/ laudabile nomen dni Excelsus super omnes gentes dominus/ et super celos gloria eius Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat/ et humilia respicit in celo et in terra Suscitans a terra inopem/ et de stercore erigens pauperem Vt collocet eum cum principibus/ cum principibus populi sui Qui habitare facit sterilem in domo/ matrem filiorum letantem Gloria patri et filio et spiritui sancto/ Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen

Alius psalmus

Laudate dnm omnes gentes/ laudate eum omnes populi Quoniam confirmata est super nos misericordia eius/ et veritas domini manet in eternum Gloria patri et filio et spiritui sancto/ Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen

Ecce quam bonum